



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Tit. 1. De summa Trinitate, & fide Catholica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

l. sed & posteriores, ff. de legibus, Castro in l. sciendum, n. 5. ff. quis satisfacere cogatur, Alexand. in aut. ex testamento, n. 1. C. de collationibus, Aymon de antiquitate temp. §. absolutus, n. 44 fol. 174. Rebuff. in dist. procem. n. 129. Perez d. g.

46 Lex vltima tollit primam contrariam, licet de ipsa contraria non faciat mentionem, c. 1. de constit. in 6. l. pacta nouissima, C. de pactis, Rebuff. dist. procem. n. 130. Henriquez consil. 27. n. 5. nisi distinctione concordari possint, vt asserit Rebuff. d. n. 130. Quando vero in antiqua est clausula derogatoria ad sequentem, vel quando antiqua est facta in priuilegium alicuius, ex vltima non tollit antiquam contrariam, Castr. in l. fin. n. 4. C. si contra ius. Si duae tamen leges sint contrariae, & non constet de prioritate, illa est seruanda, quae est magis aequa, & iusta, Isdon. in l. i. n. 10. ff. ne quis eum qui, Rebuff. d. procem. n. 108. De decem modis ad dissoluendas difficultates, quae inter aliquas leges & Canones poterunt obuenire, vide late Morl. in emporio iuris tit. de legibus q. 12. ex n. 10. vlt. q. ad n. 34. & quod Canones inter se pugnantibus possint ad concordiam reduci quatuor modis, nempe ratione causae, personae, loci, vel temporum, quia leges hac varietate mutantur, tradit Couar. in c. alma mater, p. 2. in initio n. 1. quem refert Illust. D. meus Rodericus à Cunha in com. ad c. 1. n. 1. dist. 18.

47 In gloss. [in iudiciis] ibi (nam modica res, &c.) An modica res inducat simoniam? vide Tiraq. de iudicio in rebus exiguis, vers. 30. fol. 32. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 1. n. 166. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de 48 simonia, cap. 3. n. 5. cum seq. Aloyf. Ricc. in decisionibus Curiae Archiep. Neap. decis. 208. n. 6. cum seq. vbi resoluit modicam rem non efficere simoniam, vide in collect. ad c. etsi q. 18. num. 3. in fin. de simon. Vnde in vsura ratione paruae quantitatis peccatum dari posse tantummodo veniale resoluunt D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 6. 49 ad 2. Couar. lib. 1. var. c. 3. n. 12. Et in iuramento idem tenent S. Antonin. p. 2. tit. 10. cap. 4. §. 1. in §. col. Syluest. verb. iuram. 4. q. 1. ad fin. Sor. de iust. lib. 8. quest. 1. art. 7. in 7. col. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 5. quest. 3. Fr. Emman. g. Regular. tom. 3. q. 10. art. 2. Sayr. in clau. Regia lib. 5. c. 46. num. 28. quicquid contrarium teneat Caietan. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 1. d. cui subscripsit Nauar. in 50 man. c. 12. n. 10. De modico enim non est curandum, l. si oleum §. fin. cum l. sequenti, ff. de oleo legato, in rebus, §. possunt, §. commodari, l. vers. de contrahenda emptione, leg. §. ff. de in integr. restit. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici, decis. 39. n. 3. in 1. editione, resolut. 36. in 2. editione late ego ipse in tract. Axiomatum iuris vsus sequent. Axiom. 151. ex n. 7. vbi plures casus narrantur in quibus modica attenduntur. Et modica non nocent, gloss. 51 in c. si proponente 41. de rescriptis, Tiraq. in l. si vngam, verb. donatione laicitur, n. 107. C. de reuocandis donationibus, & in tract. de iudicio in rebus exiguis, vers. 19. Azor. 52 instit. moral. p. 1. lib. 6. cap. 10. vers. 3. quaeritur. Et minima non sunt in consideratione, Brun. à Sole in locis communibus, verbo, minima; Ego ipse d. tract. Axiomatum iuris vsus seq. Axiom. 150. n. 1.

SYMMARIVM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubricam eius materiae scribentes.
- 2 Declaratur auctoritas Apostoli ad Roman. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est.
- 3 Diffinitionis utilitas ostenditur.
- 4 Argumentum à diffinitione validum est.
- 5 Symbolum vnde dicitur.
- 6 De Symbolo Fidei, qui doctores tractant, referuntur.

Tom. I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

TIT. I.

SUPER hanc rubricam scripserunt Card. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Innocent. Panor. mit. Felin. Butr. Petrus Greg. Petrus Alphonsus de Valcellus in harmonia rubricarum iuris Canonici, Petrus de Rauenna in compendio iuris Canonici, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, Martinus Maffartius in epitome Decretalium, Guillelmus Durandus, Speculator. in breuiario aureo iuris Canonici, Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretalium, Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zapae in analytica postrem. iuris Ecclesiast. enar. nouissime Ioan. Honor. ab Alex. in summa sine compendio lib. 1. Decret. omnes sub hac rub. & vol. 1. rep. in iure Canonico ad primam Decret. libr. Franciscus Peruschus, & de titulo late egit Camil. Borell. in summa omnium decis. tit. 1. & Nauar. tom. 1. consiliorum.

In gloss. rubrica, ibi (Fides enim &c.) Vide Perez l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinam. pag. 16. Camil. Borell. in summa omnium decisionum tit. 1. n. 18. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 1. 7. cap. 1. Facit auctoritas Apostoli ad Romanos 14. ibi, omne quod non est ex fide peccatum est: quasi diceret non solum id esse peccatum, quod est contra conscientiam, seu fidem, quia creditur aliquid esse peccatum, sed etiam quod non procedit ex fide, id est iudicio, quo actu vel virtute putat id licere, ita Nauar. in c. si quis autem, de penitentia, dist. 7. n. 84. Daniel Venator in analysi iuris Pontificij lib. 1. tit. 1. axiomate 3. eleganter Fructuosus Bisbey Vibal. in la pratica contra maseharas y otras vanidades fol. 7. verso, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 8. q. 3.

In ead. gloss. ibi (quia vera diffinitio conuersibilis debet esse cum suo diffinitio.) Vide quae dixi in tract. Axiomatum iuris vsus. Axiom. 67. n. 1. & procedit quia vt ibi cumque sit definitio, possit ibi esse & definitum, & e contra vbi definitum, ibi & definitio, oportet enim, inquit Arist. lib. 6. Topic. cap. 1. hominis definitionem de homine verificari, & si aliquid formaliter alij competit, eandem cum alio eodem instanti habebit naturam cum illud naturaliter sit tale, cui competit definitio talis, Vlp. in l. 1. §. de dolo, & in l. Quintus Mutius 29. §. cum aurum, ff. de auro, & argento legato, prosequuntur Cagnol. & Decius ad l. omnis definitio 202. ff. de reg. iur. lal. in rubr. n. 22. ff. solut. matrim. Abb. in rub. de sent. excom. Tiraq. de iure primog. q. 1. n. 1. Mendoca lib. 1. disp. c. 8. n. 1. Pichard. ad rub. Inst. de oblig. n. 9. & latius in disp. de Mora, n. 4. Flamin. de resignationibus, lib. 1. q. 1. n. 1. cum seq. definitio enim ad id totum, quod differtur in primis est adhibenda, quae quasi inuolutum euoluit id de quo quaeritur, quod definitum explicat, & quid sit ostendit quam breuissime, ac cuiusque rei proprias amplectitur potestates breuiter & absolute, vt apud Cicero. lib. 1. de oratore, primo de finibus, secundo de inuentione, & in topicis, Quintilian. quoque lib. 7. c. 4. Arist. lib. 1. & 2. Topicor. Gellium lib. 4. c. 1. Petrus Velleum de Gueuara ad Topic. Cicero. §. 2. n. 3. & §. 19. num. 1.

Hinc argumentum à diffinitione validum est in l. re, l. 1. §. dolum, vbi Bart. not. ff. de dolo, l. fin. in ff. gloss. ff. de verb. signific. c. dandum 2. post princ. de elect. Et iterad. in topic. leg. loco 44. Cantuunc. loco 2. Ioan. Apell. de ratione explicand.

Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

explicandi *Dialecticam*, c. 1. à definitione vocis, Pet. Andr. Gammar. in *Dialectica legali*, lib. 1. loco 1. Surd. conf. 104. n. 1. Joannes Petrus Monet. tract. de distribut. quotid. p. 1. 9. 4. n. 4. Tobias Nonius ad principium *Instit. de testam.* n. 23. Ego ipse in tract. de locis communibus argum. juris loco 33.

5 In ead. glos. ibi (unde dicitur *symbolum*.) Dicit hæc gloss. quod *Symbolum* dicitur à *Syn*, quod est simul, & *bolus*, quod est morcellus, quia unusquisque Apostolorum suum morcellum, id est, partem suam appofuit: vel dicitur secundum Dionysium à *Syn*, quod est con, & *bolyn*, quod est sententia, vel convenientia, quia de omnium Apostolorum convenientia stabilitum fuit: ita Gregorius Lopez lib. 1. verbo, *Bocados*, tit. 3. part. 1. sed melius dicitur à *symbolo* verbo Græco, quod significat confero, & simul trado, vt bene tradit Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in com. ad cap. 1. n. 36. dist. 15. nam *Symbolum* nihil aliud est nisi brevis collectio credendorum facta ab Apostolis, cum in uniuersum mundum prædicaturi Christum crucifixum vellent ire à Spiritu sancto missi. Plura de *Symbolo* vide apud D. August. de tempor. in serm. 181. Cardin. Araceli in tract. de *Symbolo Apostolorum*, Ruffin. eod. tract. de *symbolo Fidei*, Reperit. Inquisit. verbo, *Ecclesia*, Bannez in 1. D. Thom. q. 1. art. 9. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 5. Petrus de Ledesma in *summa in fine*, p. 1. tract. de doctrina Christiana.

SUMMARIVM.

- 1 Articuli Fidei explicantur circa Summam Trinitatem.
- 2 Innocentius Papa III. quo tempore fuerit ad Summi Apostolatus apicem euectus, ostenditur.
- 3 Concilium Lateranense IV. quando fuerit celebratum.
- 4 Dubius in fide infidelis est.
- 5 Credit qui nihil inuolucrum, vel duplicitis intellectus profert.
- 6 Veritas non requirit prolixitatem, & adminicula, sed simplicitatem.
- 7 Fidem implicitam qui habet, non peccat.
- 8 Decalogi præcepta remitti, & solui non possunt.
- 9 Decalogi præcepta sunt iura naturalia, & indispensabilia.
- 10 Privilegijs, vel scripturae verba, quando sunt ita obscura, quod nullum habent intellectum, nec valet privilegium, nec scriptura.
- 11 Deus Opt. Max. non solum habet omnium notitiam, imò est ipsa sui, ac omnium simplicium notitia.
- 12 Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.
- 13 De Unitate Catholica Ecclesie librum edidit Sanctus Cyprianus.
- 14 Christus constituitur sub speciebus per transsubstantiationem panis in corpus, & vini in sanguinem.
- 15 Panis qualis sit propria materia Sacramenti Corporis Christi.
- 16 Vinum ex vite est materia propria Sacramenti sanguinis Christi.
- 17 Consecrationis minister est solus Sacerdos.
- 18 Baptismi forma sunt hæc verba, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.
- 19 Baptismi materia remota est aqua naturalis ad ablundum.
- 20 Baptismi subiectum est quilibet homo existens in hoc mortali corpore.
- 21 Baptismi minister potest esse omnis homo habens usum rationis, potensque & sciens debitam formam proferre, & materiam explicare.
- 22 Sacerdotes an solo verbo possint facere Papa?

CAP. Firmiter. I. Innoc. III.

Articuli Fidei explicantur, quos credere debemus, circa sanctissimam Trinitatem, veluti quod Deus sit vnus in essentia, omnipotens, æternus, & creator omnium corporalium, & incorporealis, sit trinus in personis, itavt Pater à nullo sit, sed sit semper generans, & spirans, Filius à solo Patre sit genitus, sed semper spirans, & Spiritus sanctus ab utroque procedens, & quod Filius à tota Trinitate incarnatus & Spiritus sancti cooperatione ex Beatissima Virgine Maria conceptus, ex eaque natus secundum carnem passibilis, impassibilis autem secundum diuinitatem, pro nostra omniumque salute mortuus sit, & reliqua provt in *Symbolo*. Colligunt ex Ordinarij. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Andr. Imola, Anania. Host. Panor. Felin. Compotfel. Petr. Rebuff. Petr. Greg. Viuian. in ration. primi libri *Iuris Pontif.* pag. 5. Alagona in compen. *Iuris Canon.* pag. 3. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 1. refertur ab Anton. August. Tarracensis Præfule omni antiquitatis genere, & veritatis indagatione excellenti collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 1. viro sanè pro eius summa eruditione, pietate, & vitæ integritate mirifice laudato à Conar. lib. 4. var. c. 1. post princ. & de sponsalibus p. 1. cap. 1. n. 7. Pinel. in rub. C. de bonis mat. p. 2. n. 14. Menoch. remed. 15. recap. n. 559.

Innocentius III. Anagninus patria, ante dictus Lotharius ex Comitibus signæ Transmundi filius, Diaconus Cardinalis à Clemente III. factus creatus Romæ à 23. Card. anno 1198. sexto Idus Ianuarij, Cæsar. Henrico Sexto, Ortho. IV. & Frederico I. I. feditque annos 18. menses 6. dies 9. ex Platina refert Petr. Gregorius in *Decretal. ad cap. pastoralis* 13. num. 1. inf. de rescriptis.

In Concilio Generali. Hoc Concilium fuit Lateranense IV. & sub d. Innocentio III. celebratum Romæ in Laterano, anno 1215. & Pontificatus prædicti Innocentij 18. fuit Conc. 12. œcumenicum contra errores Abbatis Iachimi, cui interfuit ipse Innocent. III. duo Patriarchæ, Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, Archiepiscopi Græci, & Latini 70. Episcopi 400. Abbates, & Priores Conuētuales 300. actumque in eo de 70. capitulis contra hæreses, & ad mores ac statum Ecclesiæ pertinentibus, tractatumque de recuperanda Hierosolyma, tom. 3. Concil. & de hac IV. Lateranensi Synodo, ac alijs eius nominis agunt Petrus Gregor. synag. *Iuris* lib. 18. cap. 9. & Azor. instit. moralium p. 1. lib. 5. cap. 17. & nouissimè Fr. Franc. Longus à Coriolano in compendio de Concilijs generalibus à pag. 209.

Firmiter. Oportet fidem firmam esse, & sine dubitatione, dubius enim in fide infidelis est, cap. 1. vt dicemus, de hæret. c. omne 12. q. 1. oportet fide plena accedere ad Deum, Apost. ad Hebr. 10. & persequendum, idem ad Coloss. c. 1. Scientia enim, & fides, siue credulitas in eo conueniunt, quod vtraque est certa, & firma sine vlla vacillatione. Nauar. ad rub. de iudicijs, §. hæc tenet, n. 43. vers. ex quibus inferitur.

Simpliciter. Credit qui nihil inuolucrum, vel duplicitis intellectus profert, simplicitas enim veritatis amica, & refertur in c. veritatis 14. de iureiur. vbi dixi, Veritas enim non requirit prolixitatem, & adminicula, sed simplicitatem secundum Nemi. (glua nupt. lib. 1. n. 13. & alios citatos per Cened. ad Decret. collect. 119. n. 1. Non peccat igitur, qui habet fidem implicitam, scilicet quod credit quicquid Ecclesia credit, licet naturali ratione motus aliquid falsò opinetur, dummodo nec defendat, nec credat, ex resolutis per Corran in memorabil. verbo hæreticus.

⁸ *Incommutabilia.* Notatur ad hoc, quod præcepta Decalogi remitti, & solui non possunt, Azor. *instit. moral.* p. 1. lib. 6. cap. 1. § 3. Sunt enim Iura naturalia, Naxar. *in tract. de spoliis cleric.* § 2. n. 3. & *in tract. de redditibus Ecclesiarum.* § 3. mon. 2. n. 1. Azor. *instit. moral.* p. 3. lib. 1. c. 3. col. 12. in fine. Et sic indispensabilia, Martha de *iurisdic.* p. 4. casu 93. à num. 6. Sayr. *in clavi Regia.* lib. 3. cap. 2. num. 12.

¹⁰ In glos. [Simpliciter] ibi (*sic est qualiter scriptura.*) Notatur ad hoc, quod quando verba privilegij, vel scripturæ obscura sunt, quod nullum habent intellectum, nec valet privilegium, nec scriptura, Gregor. l. 3. verbo, *que no nufre bien.* tit. 4. p. 1. Gironde de *privilegiis* explicat. n. 9. 12.

¹¹ In glos. [Simplex] ibi (*compositio.*) Notatur ad hoc quod Deus Opt. Max. non solum habet omnium notitiam, imò est ipsa sui, & omnium vna simplicissima notitia, & in Deo nec est compositio illa, quæ est partis ad partem, nec illa, quæ est formæ ad subiectum, nec illa, quæ est generis ad speciem, ita Naxar. *in cap. novit notat.* l. n. 1. 7. de iudiciis.

¹² In glos. [Ordinatissimam] ibi (*quod tibi vis fieri, &c.*) Notatur ad hoc, quod ex lege naturali dependet illud naturale præceptum, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & contra, quod tibi vis fieri, alteri facias, ut per Marant. de ordine iudiciorum. p. 3. num. 6. Pichard. per text. ibi in § *Iuris præcepta* n. 30. *Instit. de instit. metipsum in tract. Axiom. Iuris* usufreq. Axiom. 196. n. 14.

S. Vna.

¹³ De unitate Catholicæ Ecclesiæ librum in lucem edidit S. Cyprianus, quem refero de officio & potestate Episcopi. p. 1. tit. 2. glos. 17. n. 19.

¹⁴ *Transsubstantiatis pane in corpus &c.* Christus constituitur sub speciebus per transsubstantiationem panis in corpus, & vini in sanguinem, Concil. Trid. sess. 13. cap. 4. Henriquez in *sum. lib. 8. c. 22. in princ.* Valq. in 3 p. D. Thom. tom. 1. q. 75. disp. 181. Agid. de Sacram. q. 75. n. 49. cum seqq. & a. 17. 1. tom. 1. Valer. Reginald. in *praxi fori penitent.* lib. 29. a. n. 34. Chamer. de *Eucharist. cap. 6.* Valent. tom. 4. disp. 6. q. 3. puncto 2. Petrus Ledesma in *sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 6. concl. 1. cum seqq.* Iodoc. Coccini in *thesauro Catholico* tom. 2. lib. 6. art. 1. plures per Bonacinam de Sacram. di. p. 4. q. 3. puncto 6. § 2. à num. 1. quibus addo Molfes in *Theologia Morali.* tract. 3. cap. 5. n. 14. Colludit nostrum Anton. Fernandez de Moure in *examine Theologia Morali.* part. 1. c. 4. § 10. Filliuc. tom. 1. tract. 4. ex n. 124. Consecrationis verbis cum debita intentione à Sacerdote prolatis panis & vinum (ut verbis S. Thomæ *opusc.* 4. utar) in Corpus, & Sanguinem Christi transsubstantialiter conuertuntur, & Christus Deus, & homo perfectus, & in tanta quantitate quanta fuit in Cruce, & est in Cælo, sub modici panis specie taliter continetur, ut manducetur à fidelibus, & minime laceretur. Taliter continetur, ut diuisis speciebus sub quavis diuisionis particula totus Christus Dominus integer perseueret. Taliter continetur ut accidentia etiam sine subiecto in eodem existant, & absque panis, & vini substantia eundem effectum habeant ac prius, scilicet iando, & inebriando. Taliter continetur, ut fides locum habeat, dum visibile inuisibiliter sumitur ab aliena specie occultatum, & sensus à deceptione redditur immunis, qui de accidentibus indicant sibi notis. Quid igitur hoc mysterio mirabilius, in quo tot, tantaque admanant mysteria? Qui in hoc Sacramento salubris, quo purgantur peccata, viuites anguntur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantia impingatur? Quid hoc conuiuio suauis, in quo Christus immittitur, recollitur memoria Passionis eius, mens impletur gratia &

futura gloriæ nobis pignus datur? O insigne miraculum! O admirabile & diuinissimum Sacramentum! quæ mens non expaueat? quis intellectus non deficiat? omnis sensus hebescit, omnis ratio euanesceat, prorsus Dialecticorum inquisitio absit, hoc sola fides probat, & agnoscit.

Sub speciebus panis. Panis triticeus confectus aqua naturali, & coctus igne per modum affationis, est materia propria Sacramenti Corporis Christi, non verò millium, auena, seu spelta, lolium, far, & hordeum, quia specie differunt à tritico, ita citati à Bonac. d. disp. 4. q. 2. puncto 1. Anton. Fernand. d. p. 3. c. 4. § 2.

Et vini. Vinum ex vite est materia propria Sacramenti sanguinis, quamvis sit album, vel mustum non faculentum, aut impurum; non ita acetum, agresta, ceruisia, vel vinum ex malogranatis impressum, aut satis decoctum; colliges ex repositis per citatos à Bonac. d. q. 2. puncto 2. Anton. Fernand. d. p. 3. c. 4. § 3.

Nisi Sacerdos. Minister consecrationis est solus Sacerdos, Concil. Trid. sess. 23. c. 1. & can. 1. D. Thom. p. 3. q. 8. art. 1. Chamer. de Sacram. tract. 4. de *Eucharist.* c. 9. de *Ministro.* dub. 1. disp. 3. Barthol. ab Angelo in *examine Confess. dialogo* 5. de *Missæ*, & de *Ministro sacrificij* ipsius *Missæ*, § 125. Henriquez in *summa* lib. 9. de *vero Missæ sacrificio*, c. 18. § 2. in *princip.* Anton. Fernand. d. p. 3. c. 4. § 7. Azor. *instit. moral.* p. 1. lib. 10. c. 23. in *princip.* quos refero Ego ipse de officio, & potestate Episcopi. p. 2. alleg. 24. num. 1. Probat enim hic text. in concessione Clauium Apostolis à Christo Domino facta, datam fuisse Sacerdotibus potestatem consecrandi, & conficiendi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, & definit Trid. sess. 5. de *reform. c. 2.* & sess. 23. c. 1. multis comprobatur Card. Bellarm. tom. 2. de *Sacramento Eucharistiæ* lib. 4. c. 16. Soar. tom. 3. disp. 2. sect. 1. Viuald. in *candelabro aureo de Sacram. Eucharist.* num. 15. Sebast. Cæl. de *Eccles. Hier.* p. 2. disp. 8. § 2. 10. Sed difficultatem facit, quia potestas Clauium est ligandi & soluendi, ut definit Magist. in 4. dist. 18. quem sequuntur Scholastici omnes, S. Th. ad 3. p. q. 17. art. 2. originaliter fumentes ex D. Hieron. in glos. 6. *Matth.* 16. & eandem definitionem tradit Summus Pont. in *Extræuag. quia quorundam*, col. 4. de *verborum signific.* Ioan. xxij. Planè Sacerdos conficiens hoc Sacrosanctum Sacramentum, non ligat, nec soluit; sentiunt difficultatem Victor. de *Clauibus* n. 7. Sot. in 4. d. 20. q. 1. *vers. quocirca*, ex quorum mente aduerte inter nobilissimos huius Sacramenti effectus illum esse conferendi gratiam, Concil. Trid. sess. 13. de *sanctiss. Euchar. Sacram.* cap. 2. & can. 5. comprobatur ex D. Thom. latè Sot. in 4. dist. 11. q. 2. art. 4. cum seqq. & alijs de quibus Viuald. in *candelabro de Sacram. Eucharist.* n. 162. Aduerte deinde, quod quemadmodum clauis materialis, ita & spiritualis actus proprius, & adæquatus est aperire, & claudere, remouere, vel ponere impedimentum, ut pateat, vel ne pateat aditus, hæc ita ligandi nomine in clauibus potestas claudendi, nomine verò soluendi potestas aperiendi significatur, idque idiomate Hebraico, quo Christus Dominus utebatur, esse certissimum, & notare omnes Isaiæ expositores scribit Bañez in 2. 2. D. Thom. q. 1. art. 1. dub. 4. *vers. 4. vero partic.* Cum ergo constet per Sacramentum hoc aperire Sacerdotem fumentibus aditum ad gratiam, gloriam, regnumque cælestē, at ligare atque soluere significet aditum huiusmodi aperire iam merito sequitur potestatem hanc sub verbis definitionis Clauium rectè comprehendere. Vnde constat impudentissimum esse illorum errorem, qui potestatem conficiendi huiusmodi Sacrosancti Eucharistiæ Sacramentum cuilibet Christiano non Sacerdoti concedunt, contra quos post V. Valden. latè scribit Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 1. & alijs de quibus Viuald. *ubi sup.* n. 55. latè Card. Bell. & Suarez *de iustis loc.* Illud tamen non est omnitédum

8 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

quod licet conficere solitus sit Sacerdotis, ministrare tamen Sanguinem ex officio, Panem verò certis casibus ad Diaconum pertinere notat gloss. in c. Diacono 23. dist. recepta ex Victor. de Sacram. num. 89. Sot. in 4. dist. 1. quest. 2. art. 3. ex D. Th. Durand. & aliis comprobant Viual. n. 8. 9. Bellarm. & Soar. dist. locis.

18 *Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Forma Sacramenti Baptismi sunt hæc verba. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Matth. 28. Alex. III. in c. 1. infra de Baptismo, D. Thom. p. 5. q. 66. art. 1. ubi Coninch. & Nugnus, S. Antonin. 3. p. tit. 1. q. 6. 1. 3. num. 1. Nauar. in man. c. 2. num. 2. Henric. in sum. lib. 2. cap. 8. num. 1. Valent. tom. 4. dist. 4. q. 1. puncto 3. in princip. Cardin. Bellarm. lib. 1. de Baptismo, cap. 3. & 6. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 27. cap. 4. num. 23. Iacob. de Grassis in aureis deis part. 2. lib. 1. cap. 3. n. 19. Soar. in 3. p. dist. 1. sect. 1. Anton. Fernand. d. p. 3. c. 2. §. 4. & plures citati à Bonacina de Sacram. disput. 2. quest. 2. puncto 3. à n. 1.

19 *In Aqua.* Materia remota Baptismi est aqua naturalis ad abluendum, quamvis maris, putei, fontis, pluvie, balnei, vel ex sulphure, cinere, niue, gelu, aut sale defluat, hæc enim videtur aqua naturalis, & hoc verum est, siue aqua calida sit, siue frigida, siue tincta colore, siue densa, &c. Colliges ex D. Thom. q. 66. art. 4. ubi Nugnus dub. 1. Sot. in 4. dist. 3. quest. 1. art. 4. Reginald. lib. 27. num. 11. Valent. tom. 4. dist. 4. quest. 1. puncto 3. Iacob. de Grassis d. p. 2. lib. 1. c. 3. n. 16. Viuald. de Baptismo, cap. 1. n. 1. Pollenin. de Baptismo, num. 2. & 3. Chamerot. de Baptismo, c. 2. dub. 1. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 25. n. 1. Petr. de Ledefina in sum. p. 1. tract. de Sacram. Baptismi, art. 3. vers. primera conclus. Anton. Fernand. d. p. 3. c. 2. §. 3.

20 *Tam paruulus quam adu'ris.* Subiectum Baptismi est quilibet homo natus existens in hoc mortali corpore, siue sit infans, siue sit adultus, siue sit vir, siue foemina. Ita Card. Bellarm. lib. de Baptismo, cap. 8. Valent. tom. 4. dist. 4. q. 1. puncto 1. Bonacina de Sacram. dist. 2. q. 2. puncto 6. Anton. Fernand. d. p. 3. c. 2. §. 6.

21 *A quocunque.* Minister Baptismi in necessitate potest esse omnis homo habens vsum rationis, potentique & sciens debitam formam proferre, & materiam explicare. Ita D. Thom. d. q. 66. num. 1. Barthol. ab Angel. de Baptismo, §. 1. 9. Iacob. de Grassis d. p. 2. lib. 1. c. 8. Fr. Emman. d. p. 1. cap. 25. conclus. 1. num. 1. Chamer. de Baptismo, cap. 8. dub. 2. Anton. Fernand. d. p. 3. cap. 2. §. 5. Sayr. de Sacramentis in gen. lib. 2. cap. 8. quest. 2. art. 1. Bonacina d. q. 2. puncto 5. n. 4. cum seqq. qui omnes vno ore tenent urgente periculo licere Baptismum petere à quocunque, quamvis peccator excommunicatus, paganus, aut hæreticus sit, dummodo credatur ministraturus cum intentione vera faciendi, quod facit Ecclesia Christi.

22 *In gloss. [Clauus,] ibi (nota h'io quod non potest conficere Corpus Christi nisi fuerit ordinatus in forma Ecclesie.)* Abb. hic n. 1. censet Papam solo verbo non posse facere Sacerdotes, cum hoc ob excellentiam potestatis soli Deo reservatum sit, sequuntur Anton. Pret. de præstantia Clericorum c. 1. n. 6. Blas. Nanar. de sacro Ecclesie principatu lib. 2. c. 1. 2. in fine, Dominic. Rutilius Benzon. de Anno sancto Iubilæi lib. 3. c. 37. in fine. Video tamen alios contrarium sentientes, præcipue copiosam addit. ad Abb. hic in verbo, sis Presbyter. Hippol. Rimin. in rep. sub. de constit. n. 125. & ibi Quintil. Mandos. n. 42. Marc. Ant. Cuch. in inst. maior. lib. 4. tit. 1. n. 70. Flamin. de resignat. benefic. l. 8. q. 5. n. 70. & nonnullos existimantes Papam solo verbo posse creare Episcopum, & electum sic per Papam viva voce in Episcopum, dici Episcopum absque alia consecratione, ex quorum numero sunt Felin. in cap. meminimus, n. 2. vers. limita, de accusat. Bursat. conf. 393. n. 4. vol. 4. Flamin. d. q. 5. num. 34.

Card. Tusch. tom. 3. lit. G. concl. 233. n. 10. Et ideo in tam graui meam interponere sententiam non audeo, neque vni, aut alteri in præsentiarum adherere intendendo, post primam verò huius libri impressionem vide Illustriss. D. meum Rodericum à Cunha in comment. ad c. 2. dist. 68. qui pro opinione Abb. & sequacium aliqua adducit fundamenta.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vera vnione, non collectiua, seu similitudinaria sunt vna essentia, substantia, seu natura.*
- 2 *Ioachim Abbas non fuit damnatus, sed tantum eius libellus, & fuit prophetia dono præditus.*
- 3 *Hæreticus pertinax non dicitur qui cognoscens errorem se corrigit, vel corrigi paratus est.*
- 4 *Persuerantia, pertinacia, & obstinatio in quo differant remissine.*
- 5 *Protestationis vis, & effectus in Doctore disputante, vel scribente qualis.*
- 6 *Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistra.*
- 7 *Almarici impij quæ fuerint peruersissima dogmata remissine.*
- 8 *Hæreticorum omnes libri absque villo delectu sunt vindandi.*
- 9 *Auctore damnato libri quoque eius damnati censentur.*
- 10 *Auctoris damnati libri licet non valeant allegari tanquam authoritabiles, possunt tamen aliquando, ut rationabiles adduci.*

CAP. Damnamus. II.

Abbatis Ioachimi doctrina exultantis vnitatem Trinitatis non esse veram ac propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam, damnatur, & alia Petri Lombardi recipitur, dum asserit, quod quædam summa res, (id est natura) est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & illa res, id est, natura, non est, generans genita vel procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit, & quamvis alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus, idem omnino. Doctrina Almarici tãquã hæretica, & insana damnatur. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Zabab. Colle&. Egid. Bellarm. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anania, Panorm. Butr. Host. Pet. Greg. Bernard. Compstet. Egid. Romanus, Viuian. in ration. prim. libr. Iuris Pontif. pag. 10. Alagona in comper. Iuris Canon pag. 3. remissine Ximen. in concord. p. 1. & 2. referatur ab Anton. Aug. collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 2.

Quem Abbas Ioachim edidit, &c. Aduerte, quod libellus solus Ioachimi de vnitate, seu essentia Trinitatis quæstæ edidit contra Magistrum sententiarum damnatus fuit à Concilio Lateranensi sub Innoc. anno 1215. non ipse Auctor, nec alia eius opera, maxime cum idem Abbas Ioachim, omnia scripta sua Papæ assignari mandauerit, Apostolicæ Sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, ita Fr. Franc. Longum à Coriolano Capuccinus in compendio de Concilijs generalibus, ubi de Concilio Lateranensi. l. V. pag. 259. Egid. Roman. super hunc tex. p. 2. in fine, Card. Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 3. n. 24. Anton. Possuin. in Apparatu Sacro, tom. 2. verbo Ioachimus, Blasius Vregas in Apocal. c. 3. sect. 3. Fuisse enim Ioachim prophetiæ dono præditum attestatur Guillel. Paragin. in libello de virtut. S. Antonin. p. 1. tit. 17.

tit. 7. c. 1. §. 1. 2. Martin. Polac. in historia sub Federic. I. & Eugenio 111. Sixtus Senensis l. 4. Bibliotheca Fascicul. temporum in Alex. I. l. anno 1164. Matth. Palmer. in chron. anno 1186. Robert. Ansel. l. 1. rerum medicarum c. 3. Illefc. in historia Pontif. lib. 1. c. 2. 7.

Hic est ille Ioachim, qui ante institutos Ordines Dominicanorum, & Franciscanorum, iussit S. Franciscum, & S. Dominicum Venetiis depingi in templo S. Marci supra ostium aratij publici eo habitu, quo postea vti sunt, addidit præterea S. Franciscus quina Christi vulnera, propterea ista omnia adhuc videntur in eodem Templo opere musuo, referunt Possellin. ubi sup. Chronic. Minor. p. 1. l. 10. c. 3. Ribaden. in vita S. Francisci 4. Octobris.

3 Vnde notatur hic text. ad hoc, quod si aliquis cognoscens errorem se corrigat, vel corrigi paratus sit, non potest dici hæreticus pertinax, nec ut talis Curia seculari relaxari, vt per Palat. in alleg. hæresis §. 4. col. 2. post med. quia vt quis censetur in hæresi perfecta lapsus, inter multa, quæ requiruntur illud præcipuum est, quod in ea hæresi sit pertinax, nam quovque pertinacia non adest, forma hæresis non est perfecta, non obstante quod adit error intellectus voluntarius, concordant text. in cap. dixit Apostolus 2. 4. 9. 3. cap. vnic. hoc tit. in 6. Clem. vnic. eod. tit. Turrec. lib. 4. de Ecclesia p. 2. c. 1. & 11. D. Antonin. in sum. p. 2. tit. 12. cap. 1. in princ. Simanch. de Catholicis instit. tit. 31 n. 7. Franc. Torrellanca in epitome delict. lib. 3. c. 8. n. 23. Ant. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, l. 5. c. 1. n. 14. Sanctarel. de hæresi c. 1. à n. 7. Menoch. conf. 82. n. 171. & n. 174. resoluit, quod asserens se paratum emendare & corrigere, & quod vult credere quod credit Ecclesia Catholica Romana, fugit hoc pertinacia vitium. In quibus autem differant perseverantia, pertinacia, & obstinatio differit Ricciul. d. l. b. 3. c. 2. in princip. Hinc Abbas Ioachimi errores permultos damnauit Ecclesia, eius autem personam non vitæque, eo quod suis literis, (vt habetur in hoc text.) omne peruersum damnauit dogma, sequæ illam fidem tenere confessus est, quam tenet Romana Ecclesia, & idem licet opinio fuisset erronea, nihilominus ex quo eam subiecit Ecclesie, fides est eadem, quam habet

4 Ecclesia, Anton. Ricciul. d. lib. 5. c. 4. num. 3. Hinc etiam proficiscitur illud aliud, quod Doctores consulunt, vt expediat semper protestationem antecedere, aut subsequi disputationem, aut aliquam compositionem, namque disputantem, aut scribentem illa iuuat, eximitque ab hæresi, vt docent Albert. de assertionibus Cathol. q. 12. n. 10. & q. 19. n. 13. Zabarel. in Clem. 1. §. porro, n. 5. de Sum. Trinit. Barthol. Verona caut. 155. Rojas de hæresi p. 1. n. 6. 1. Nauar. conf. 6. incip. Hypotheses n. 14. de hæresis. Decian. conf. 8. incip. graua sunt. n. 12. 8. vol. 1.

6 Quæ cunctorum fidelium mater est, & magistra. Notatur ad hoc quod Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistræ adeoque Concil. Florent. sub Eugenio IV. pro Græcorum vnioue celebratum hanc protulit sententiam Definimus sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse D. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesie caput, & omnium Christianorum patrem, ac Doctorem existere. Vide Cordub. in questionario l. 4. q. 1. art. 2. Mendoc. in quæst. quodlibet q. 4. Scholast. §. 4. Turrec. de potestate Ecclesie, lib. 2. cap. 36. Can. de locis Theologicis lib. 1. cap. 4. Couar. lib. 4. varar. c. 1. a. num. 1. Bann. in 2. 2. Thoma q. 1. art. 1. concl. 1. Card. Bellarm. tom. 1. de Romano Pont. c. 12. cum seqq. Card. Tusch. practic. concl. tom. 7. lit. R. concl. 363. Card. Mantica de coniecturis vltim. volum. lib. 8. tit. 6. n. 4. Iacob. de Grassis tom. 2. consil. lib. 1. tit. de clericis non residentiibus conf. 1. 2. 3. Valer. Reginald. in praxi fori panit.

lib. 1. n. 22. Fr. Paulin. Berti Lucensis in praxi criminali Regularium tit. 2. c. 14. n. 4. Ego ipse in meo tract. de officio & potestate Episcopi p. 1. tit. 3. c. 2. n. 14. Quod quidem Primatum super aliis Ecclesiis Romana accepit non ab Apostolis, & Conciliis, sed ab ipso Domino, cap. Sacrosancta 20 dist. cap. quamvis 21. dist. cap. rogatus 24. q. 1. cap. per venerabilem, qui filij sunt leg. cap. fundamenta de elect. l. 6. Can. de locis Theolog. lib. 6. c. 1. vers. 1. c. Conar. in reg. peccatum, p. 2. §. 9. n. 5. vers. quanto ratione, Burlati. conf. 109. n. 2. cum seqq. Nauar. de Indulgent. notab. 23. n. 10. Greg. Lop. l. 2. glof. 2. tit. 5. part. 1. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. vers. secundo obicitur, & lib. 4. cap. 11. vers. deinde Pelagius, Soar. de legibus lib. 4. c. 3. n. 10. Quicquid hæretici, & nouatores in Christum ac Diuinum eius Vicarium, Ecclesie Principem, ac omnium nostrorum Rectorem, patrem atque pastorem canina rabie perfusi blasphemis, & conitiis lacessere non desinant huiusmodi potestatem ei denegantes quo se sua crimina tueri arbitrantur, quorum primus (quod ego scio) fuit Ioannes de Hus, cuius defensionem postea suscipiens Martinus Lutherus, & eo quod in Concil. Constantien. concrematus fuisset, in ipsum Pontificem Diuinæ Maiestatis Vicarium, & vices Dei in terris gerentem blasphemio ore ogganit, sed illum strenue confutauit Episcopus Ioan. Rossensis art. 2. 5. qui eo fuit ab hæreticis decollatus, vt tradit Alphons. à Castro de iusta hæresi. puni. lib. 5. c. 4.

Dogma imp. j. Almarici. Quæ fuerint ista peruersissima Almarici dogmata refert Fr. Francisc. Longus loco proxime citato.

In glof. [Florenti Monasterio.] Notatur ad hoc, & quod omnes hæreticorum libri absque vilo delectu prorsus sunt vitandi, vt per Couar. varar. lib. 4. c. 17. in princ. Ant. Ricciul. d. tract. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 5. c. 21. & c. 23. n. 1. vbi regulam constituit quod Auctore damnato libri quovque eius damnati censentur, & resoluunt Doctores in 9 cap. fraternitatis de hæresi. Albert. q. 2. de hæresi. n. 13. Penia in directorium Inquisitorum p. 2. comment. 3. vers. 1. damnato. At libri Auctoris damnati licet non valeant allegari tanquam auctorizabiles, possunt tamen aliquando vt rationabiles adduci, si boni sint, Albert. d. q. 12. n. 13. Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punitione cap. 17. vers. quidam forte dicent. Quicquid aliud censet Penia d. comment. 3. Illud tamen verum est, Auctore damnato eius libros damnari, siue boni, siue mali sint, Butr. in dicto cap. fraternitatis sub n. 3. vers. solutio. Albertin. de agnosce. d. assert. q. 12. ex n. 13. Rojas singul. 224. Torrellanc. de Magia lib. 3. de criminis puni. c. 15. num. 5. & procedit siue libri circumferantur impressi, siue manuscripti, vt per text. in cap. nouerit, de sent. excomm. resoluunt Vgolin. de censuris p. 2. glof. verbo ac eorundem libros, vers. quarto in excommunicationem incidunt, Sanch. in præcepta Decalogi l. 2. c. 10. n. 28. Farina in tract. de hæresi q. 180. n. 3.



De Constitutionibus.

TIT. II.



UPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabarell. Bellam. Io. Andr. Imola, Martina, Barbat. Ripa, Martin. Vrani. Innoc. Felin. Panor. Burr. Petr. Greg. Aret. Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubr. Alex. de Neno, Petr. de Raucenna in compend. iuris Can. Ioan. de Londris in Breuiario Sanctorum Canonum, Steph. Ranchin. in continuat. titulor. Decretal. Dan. Venator. in analysi